Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Quid autem mirum · si pater cum munem filium nolebat huius uitae
sustentaculis amatore nudari · ignorans quid sectaturus · esset
cum in ætate grendiuscula · ee · coepisset · Utrum monachi professionem · an ecclesiasticum ministerium · an coniugalis necessitudinis uinculum · Quam uis enim ad meliora excitandi & erudiendi sint filii sorum · unusquisq: tamen pprium donum habet
ado · Alius sic · alius autem sic · Nisi forte alia p spiciens
& praecauens reprehendendus est pater · cum beatus apostolus
dicat · Quisquis autem suis & maxime domesticis non prouidet ·
fidem denegat · & est infideli deterior · Cum uero de faciendis
ipsis elymosinis loquerentur ait · Non uobis refectio · uobis
autem angustia · Pariter ergo consilium de omnib: habendum · non
pariter moderamen in quid thensaurizandum ed · in caelo
quid ad uitae huius sufficientiam uobis & uestris · uiro que filio
relinquendum · in aliis esset refectio · uobis angustia · Cum his
disponendis atq: faciendis si quid tibi fortemelius uideretur ·
sugereres uiro reuerenter · eiusdem q: auctoritatem tanquam
tui capitis sequereris oboediente · Ut omnes qui sanum sapiunt ·
ad quos posset · hoc bonum urm fama perferre · de domus
unice fructu ac pace · gauderent · & aduersarius reuereretur ·
nihil habens de uobis dicere praeui · Porro si de faciendis elymo
sinis · & pauperis in pendendis rebus tuis · de quo bono opere
& magno tamen uidentur praecepta sunt dni cum uiro tuo fideli
& tecum sca continentiae pacta seruante consilium communicare
deberes · eiusdem que non sperne re uoluntatem · quanto
magis de habitu atq: uestitu nihil tibi praeter eius arbitrium
mutandum uel usurpandum fuit · unde nihil diuinitus
legimus imperatum · Scriptum est quidem mulieres esse
debere in habitu ordinato · auriq: circumpostio & intortio
crinium · & cetera huiusmodi · quae uel ad inanem pompam